

Gratian. *dec. March.* 53, numer. 10, & 11, Joan. Anton. ab Eccles. *dicta observat.* 166, lib. 1, & hanc conclusionem post alios exponat Author hic num. 13, Rot. apud Marchesan. *de commiss. part.* 1, n. 1, fol. 1171. ubi n. 2, & seq. tria recenset requisita, \* ne in causa alimentorum appellare liceat, quod Judicis officio non jure actionis petantur, de futuris, & non præteritis agatur, & petentis inopia subsit. Barz. *dec. 69, num. 17, usque ad 33, cum aliis apud Buratt. dec. 208, n. 4, 5, & 6, & dicta dec. 355, num. 7, & seq. part. 9, tom. 2, recent.* Giurb. *observ.* 19, num. 18, Sanfelice. *dec. 132, n. 2.*

Prædicta tamen intelligi debent de pronuncia aut sententia concedente provisionem alimentorum, à qua certè non admittitur appellatio, quæ nihilominus concederetur, si per pronunciationem, \* vel sententiam, alimenta in futurum pauperi denegarentur. Scacc. *de appellat. quæst.* 17, limit. 7, num. 19. Buratt. *dec. 22, num. 14, duplicata dec. 537, num. 18, in fin. part. 1, recent.* Borell. *in sum. decis.* iii. 33, n. 382, tom. 2, Carleval. *de Judic. tit. 2, disput.* 8, sub num. 21, *vers. ut in causis alimentorum.* Leoncill. *dec. Ferrar.* 31, n. 9, & *de privileg. pauper.* 27, n. 5, part. 2, & optimè declarat hic Author num. 17, & 19, Pignat. *ad statut. Ferrar. rubr.* 66, sub n. 36, *vers. ubi licet tractans in materia dotis.* Gratian. *decis. March.* 220, n. 4.

Hinc denegata etiam manutentione in possessione, seu quasi exercendæ jurisdictionis quærebatur, an daretur adversus Senatusconsultum revisio, & videbatur dicendum \* quod non: quippe quoniam à decreto manutentionis sicuti non datur appellatio, ita nec competit revisio, *dec. in l. fin. num. 50, in fin. C. de edic. Div. Adrian. tollen. Nart. consil.* 172, sub n. 11, *vers. similiter in judicio.* Roland. *consil.* 38, n. 11, lib. 2, Cyriac. *controv.* 366, n. 7, Post. *de manuten. observ.* 106, n. 1, seq. 33, & 74, Statil. *Pacific. inspect.* 4, cap. 2, n. 66, Anton. ab Eccles. *observat.* 166, n. 13, & *observat.* 194, n. 4, Sperell. *dec.* 96, n. 1, *Surd. consil.* 277, sub n. 21, *vers. quod in causa.* Idem ab Eccles. *observ.* 26, n. 8, lib. 2.

Cæterum quod denegata simpliciter manutentione detur appellatio \* ac consequenter revisio comprobant Jacob. de S. Georgio *in l. quisquis 6, in fine. C. quor. appellat. non recipiat.* Rot. apud Pacific. de Salvian. *dec.* 240, num. 4, & coram Burat. *dec.* 823, *in princ.* Post. *de manuten. observat.* 66, num. 8, Laurent. Ursell. *in verb. appellatio conclus.* 127, n. 32, Marc. Ant. de Amat. *decis. March.* 75, ex n. 12, & 21, Argel. *de legitim. contrad. quæst.* 2, art. 6, num. 198, & *de acq. possess. quæst.* 19, art. 2, n. 109, Burat. *dec.* 22, n. 13, Leoncill. *dec. Ferrar.* 31, à n. 5, ad 10, Carleval. *de judic. tit. 2, disput.* 8, n. 21, Zacch. *ad Galles. de Cameral. obligat. quæst.* 37, n. 23, & *seq. & post tract. dec.* 235, n. 1, & *dec.* 236, n. 3, Coccin. *dec.* 78, *per totam.* Rot. apud Marchesan. *de commiss. part.* 1, §. 1, fol. 733, Lanfranch. *Zacch. de salar. quæst.* 107, n. 15, Marefcot. *var. resol.* 75, n. 15, lib. 2.

In facti specie posterior hæc opinio eo magis prævalere videbatur, quia verlabamur in summariissimo jurisdictionis mixturam habenti cum proprietate, \* in quo dari appellationem admittunt Paris. *consil.* 98, n. 16, lib. 2, Ofasc. *dec.* 25, n. 10, Peregr. *consil.* 2, n. 5, lib. 1, & faciunt tradita per V. Præsidem Melium *alleg.* 29, n. 5, lib. 2, Scac. *de appellat. lib. 3, cap. 2, quæst.* 17, limit. 6, membr. 9, n. 108, alios cumulat Camarat. *respons.* 15, n. 73, & 74.

Non desunt tamen qui contrarium tueantur, nimirum quod etiam \* in possessorio jurisdictionis appellatio non detur. Conrad. *de moment. possess. limit.* 2, §. 8, n. 21, *in fin.* 27, 28, & 29, Pacific. de Salvian. *inspect.* 4, cap. 2, n. 114, & 115, & *post tract. dec.* 253, *per totam.*

Ex quibus in hoc posteriori fundamento saltem negari non potest quin articularis sit valde dubius, \* in dubio pro admissione recursum pronunciamdum venit l. & *in majorib.* 20, C. de appellat. Castren. *in l. 1, ff. si quis caut.* Dec. *in c. ut debitus extr. de appellat.* Sard. *dec.* 27, nu. 4, Franc. *dec.* 120, n. 4, & 5, & *dec.* 351, n. 3, Gail. *pract. observ.* 149, n. 5, lib. 1, Ludovif. *dec.* 251, n. 9, Gratian. *dec. March.* 92, sub n. 2, *vers. & in dubio.* Leoncill. *dec. Ferrar.* 144, n. 5, Burfat. *consil.* 78, n. 14, Rimin. *jun. consil.* 13, n. 46, Cyriac. *cont.* 132, n. 52, Imol. *consil.* 145, n. 5, Dec. *consil.* 533, sub n. 2, *vers. & etiam in dubio.* Giurb. *dec.* 30, n. 19, & *dec.* 49, n. 2, Lar. *dec.* 39, n. 28, & *dec.* 77, n. 3.

Cujus articuli debietas controverti nequit, ex quo etiam in judicio momentaneæ possessionis \* supplicationem admitti noluerunt Valasc. *dec.* 51, n. 43, *juncto n. 47, Menoch. de adipiscen. remedi.* 4, n. 903, & *de arbit. quæst.* 70, n. 27, Roderic. *de ann. redit. lib. 1, quæst.* 17, n. 49, & 51, *Surd. consil.* 277, n. 2, Anton. ab Eccles. *dict. observ.* 26, n. 9, lib. 2, Post. *de manuten. dict. observ.* 106, n. 74, relinquens quæstionem indecisam.

In causa verò dotis constituendæ puellæ pauperi, seu restituendæ viduæ \* inopia laboranti, quod à sententia earum favore lata, non liceat appellare præter hic adductos sub num. 21, *vers. quamvis Ofasc.* Joan. Ant. ab Eccles. *d. dec.* 166, n. 8, lib. 1, Gratian. *dec. March.* 214, n. 18, & 19, & *dec.* 220, n. 3, *in fin.* Leoncill. *dec.* 31, n. 8, Thomat. *dec. Macerat.* 10, n. 12, Marc. Ant. de Amat. *dec. March.* 43, n. 1, ubi etiam quando agitur de affectionatione dotis. Ursell. *concl.* 128, n. 315, & *seq. in verb. appellatio.* Ratio subest optima, quia dum mulier, \* ut sibi dos constituatur, aut restituatur, judicium suscipere cogitur, & consequenter, ut supponitur, extrema labore egestate, illius actio ad mixtam alimentorum petitionem habere videtur, ac consequenter privilegio alimentorum similis causa gaudet, ut bene ratiocinatur Author hic n. 21, usque ad eod, ut non sit jurandum in praxi contrarium observari, quemadmodum admonet Joan. Ant. ab Eccles. *d. observ.* 166, n. 8, *vers. sed quamvis lib. 1, siquidem mulier posita in circumstantiis superius præmissis tantum est quod agat ad alimenta, quantum quod restitutionem dotis consequi insistat.*

Superius dicta transeunt sine difficultate, dum de alimentis noviter assignandis contenditur, sed modo dubium oritur, quando alimentarius aliqua ex causa augmentum præterendit \* & tunc respectu augmenti alimentorum sicut non videtur locus provisionali, ita à decreto judicis hoc in casu appellatio etiam quoad suspensivum admittitur ad tradita per Gabriel. *consil.* 25, sub n. 17, *vers. Tertio cum in confesso.* At contrarium verius existimat Auctor hic sub n. 19, *vers. in secundo autem, & faciunt tradita per Fontanell. de pact. nupt. claus. 6, glof. 2, part. 3, n. 76, tom. 2, Caren. resol.* 50, n. 12, ubi respondet Fabr. *d. consil.* 25, lib. 1.

Et in hac materia alimentorum quando post sententiam admittantur \* seu committuntur attentata ex professo, examinatur hic à n. 2, & *dicta dec.* 355, ex n. 7, part. 9, tom. 2, recent.

CAPUT IX.

SUMMARIUM.

- 1 Falcidia materiam qui tractaverint.
- 2 Falcidia introducta fuit ne hereditas gravata legatis derelicta remaneret. De jure antiquo prohiberi non poterat; secus de novo nu. 4. Detrahitur contra voluntatem Testatoris n. 5. Quando censetur prohibita nu. 6. Expressè prohiberi debet secundum aliquos n. 7.
- 3 Falcidiam retinet hæres quando legata dodrantem excedunt.
- 8 Pius de legatis falcidia non detrahitur. Amplia ut n. 9.
- 10 Pia causa an detrahat falcidiam adversus legata pia. De legato alimentorum detrahit falcidiam n. 15.
- 11 Testator potest disponere ut etiam de legatis piis falcidia detrahatur.
- 12 Alimentorum ex legato quando detrahatur falcidia.
- 13 Pecunia pro alimentis legata falcidia detrahatur. Legata pro alimentis proprietatis legata censetur n. 14.
- 16 Legata dum excedunt vires hereditatis ad ratam diminuuntur, sed in legatis piis dubitatur n. 17. Et in legatis alimentorum n. 18.

DE falcidia præter hic congestos fustus \* tractat Mangil. *de imput.* & non sine ratione, quia appellatione falcidiæ regulariter venit Trebalianica, ab una ad alteram currit argumentum ac inter se confunduntur Mangil. *dicta tract. de imput. quæst.* 116, n. 3, & *seq. & quæst.* 130, n. 9, Peregr. *consil.* 68, n. 3, lib. 1, Rot. *dec.* 5, n. 10, part. 6, recent. Altograd. *consil.* 69, n. 73, & *seq. lib. 2, ubi tamen inter ipsas diversitates aliquas deducit Caren. resolut.* 249, n. 3, Ciardin. *controvers.* 134, n. 36, Castill. *de usufruct. cap.* 60, num. 8, & 9, Coccin. *dec.* 253, nu. 2, Amat. *dec. March.* 11, n. 31, Ruger. *consil.* 38, n. 98, lib. 1.

Ratio præcipua introducendi falcidiam ea fuit, ne defuncti hereditas \* gravata legatis derelicta remaneret, & ut instituti hæredes sub spe illius detractionis ad adeundum invitarentur. Author hic nu. 4, Marefcot. *var. resol.* 105, nu. 39, lib. 2, Ciardin. *controvers.* 139, n. 17, Redenasc. *consil.* 17, n. 52, Mart. *Medic. ad decis. Senen. examinat.* 29, n. 25, & bene explicat Galvan. *de usufruct. cap.* 20, fol. 226, *in princ.* Castill. *de usufruct. cap.* 6, n. 7, quippe quoniam hæredes gravati legatis \* ultra dodrantem ex illis falcidiam retinent. Rot. *dec.* 88, n. 21, part. 5, recent. duplicata apud Merlin. *dec.* 293, Thomas. *de tut. & curat. in fin. tract. tit. de falcid. n. 3, fol.* 238, Marefcot. *dicta resolut.* 105, n. 36, & 37, lib. 2, Kauden. *de Analog. cap.* 1, n. 25, *vers. per tot. lib. 1, Bertazzol. consil. civil.* 58, n. 54, & *seq. Sanchez consil. moral. lib. 4, c. 2, dub.* 11, n. 1, Cyriac. *cont.* 51, n. 48, & 49, & *controvers.* 498, n. 61, Gratian. *dec. March.* 48, sub n. 4, *vers. quia responderetur.* Rot. *dec.* 438, n. 2, p. 2, recent. Ciardin. *controv.* 140, n. 22, Amat. *dec. March.* 45, n. 5, cum cæteris apud Authorem hic n. 5, Prædictis accedunt Argel. *de acquir. possess. quæst.* 8, artic. 35, n. 962, Rot. *in Urbevetana legati 5, Aprilis 1647, in fin. coram R. P. D. Bichio.* Mart. *Medic. ad dec. Senen. examinat.* 29, n. 24, Caren. *resol.* 150, n. 25, Falcidiam per Testatorem de ju- Melius ad Castillum de Alimentis.

re antiquo non potuisse prohiberi, jure \* autem novissimo id permillum admonet hic Author sub n. 5, *vers. & ab initio.* Mangil. *de imput. q.* 113, n. 2, 3, & 6, Marefcot. *var. resol.* 105, n. 38, lib. 2, Menoch. *de præsumpt.* 198, n. 4, lib. 4, subjungens *ibid.* n. 6, quod etiam in codicillis prohiberi valeat. Giovagn. *consil.* 22, n. 26, lib. 1, Galvan. *de usufruct. cap.* 20, fol. 227, *prope finem.* Ruger. *consil.* 38, n. 97, lib. 1, Bellon. *de jure accresc. cap.* 6, quæst. 4, n. 19, Ciardin. *controv.* 140, n. 25, Ubi à Testatore prohibita expressè non apparet falcidia, adhuc dicitur detrahi contra tacitam \* ac præsumptam voluntatem Testatoris, quemadmodum præter relatòs hic n. 6, comprobant plures alii apud Mangil. *de imput. quæst.* 113, n. 12. Usque ad eod ut hæres, qui falcidiam non detrahit Testatoris voluntatem sequi videatur ad mentem Authoris hic sub n. 6, *vers. unde hæres, & Mangil. de imput. d. q.* 113, n. 13, Galvan. *de usufruct. cap.* 20, fol. 226, medio.

Tacite an prohiberi possit falcidia, & qualiter tacite prohibita intelligatur, Author excitat, non dispungit tamen articulum \* minusve illum determinat se remittens ad Doctores materiam exactè tractantes, quos refert hic n. 1, 7, & 8, quibus addi possunt infiniti de quibus apud Mangil. *de imput. dicta quæst.* 113, n. 16, & *seq. Bim. consil.* 52, n. 14, & 15, Bardellon. *consil.* 127, n. 3, & sub n. 4, *vers. præterea quando.* Lancell. *Gall. consil.* 120, n. 16, Sanchez *consil. moral. lib. 4, cap. 2, dub.* 11, n. 2, Ciardin. *controv.* 140, n. 26, Cavaler. *dec.* 537, n. 2, & *per totam.* Manent. *consil.* 5, n. 43, ubi quando fuit dictum, quod solvantur legata sine contradictione Cyriac. *controv.* 51, n. 48, & *cont.* 326, ubi quod numquam falcidia censetur tacite prohibita, nisi quando id verba necessario inferunt, ita ut aliter ea salvari nequeant, & *controv.* 499, n. 56, & *seq.* ubi quod censetur prohibita detractio falcidiæ ex legato totius, & integri usufructus Gratian. *dec. March.* 48, n. 1, & *seq. & discept.* 46, n. 16, & 18, & *discept.* 823, n. 7, Kipol. *var. resolut.* 13, n. 696, & prius n. 693, Ciardin. *controv.* 140, n. 26, Rot. *dec.* 453, n. 3, part. 1, & *dec.* 438, n. 1, ac *per totam part. 2, recent.* Mantie. *dec.* 183, n. 2, & 3, & *in Urbevetana legati 5, Aprilis 1647, §. quantum vero coram R. P. D. Bichio.*

Nec quod à prædicta opinione dissentiant Achill. Pedroch. *consil.* 16, à n. 1, ad 96, relatus hic sub n. 8, *vers. Cæterum.* Achilles Mangil. *de imputat. quæst.* 113, n. 22, & *seq. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat.* 29, n. 22, Bardellon. *consil.* 127, sub n. 4, *vers. his tamen.* Nevizan. *consil.* 2, n. 1, usque ad 33, ubi quindecim adducit fundamenta ad ostendendum, quod falcidia non nisi expressè prohiberi \* possit; quicquam relevat contraria enim opinio, quod tacite prohiberi valeat, dummodò id fiat per verba æquipollentia expressè prohibitioni, magis communiter recipitur, & totidem aliis rationibus comprobatur ab eodem Nevizan. *dict. consil.* 2, n. 33, usque ad finem, ubi sub n. 49, *vers. quid tenendum,* rejecta opinione contraria hanc amplectitur, cujus doctrina præcisè canonizata apparet per Rotam *decis.* 155, num. 2, part. 2, recent. & conclusionem hujusmodi examinant mox citati Doctores, cæteri ab eis relati, dum volunt etiam tacite per Testatorem falcidiam prohiberi posse, cui sententiæ adhæret Bellon. *de jure accrescen. cap.* 6, quæst. 4, n. 21, & 22, Rot. *in Urbevetana legati 5, Aprilis 1647, §. quantum verò Bichio.* Ubi tamen quod verba debeant esse ad eod clara, ut aliam interpretationem habere non possint.



De legatis ad pias causas relictis de Jure Falcidia \* non detrahatur, ut latissime prosequitur Author hic n. 9, & seq. Mangil. de imput. q. 119, n. 10, Genuen. in prax. Eccles. tricen. 14, q. 401, num. 1, Lan. dec. 90, sub num. 5, vers. ideo falcidia. Ubi quod nec libertatem minuat Ciarlin. controv. 28, num. 10, & controv. 139, n. 2, & seq. & controvers. 206, n. 39, Comitol. dec. 45, n. 9, & decis. 64, n. 20, Ruger. consil. 17, n. 35, lib. 2, Bertazzol. consil. civil. 58, n. 58, & seq. Cyriac. controvers. 316, n. 14, & 15, ubi quod non detrahitur de legato dotis facto pauperi, & controv. 363, n. 9, Michalor. de duobus fratrib. part. cap. 28, n. 20, ubi quod falcidia ex vestibus & jocalibus festivis uxori relictis non detrahatur Ripol. var. resolut. 13, n. 697, Gratian. disceptat. 542, n. 40, & discept. 881, n. 13, Giovagn. consil. 99, n. 28, lib. 1, Barbof. de controvers. jur. Eccles. lib. 2, cap. 11, n. 92, & 93, & lib. 3, cap. 27, n. 84, Sanchez conf. moral. lib. 4, cap. 2, dub. 11, n. 3, Caren. resol. 249, n. 1, & 7, ubi plures in id agglomerat auctoritates Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 3, 8, & 9, ubi ampliat ad Hospitalia, & Confraternitates Olea de cess. jur. tit. 4, q. 5, n. 12.

Istud autem procedit etiam quando legatum mediate \* relinquatur piae causae ad tradita latissime per Caren. dicta resol. 149, n. 8, & seq. ac per totam Genuen. in prax. tricen. 15, quest. 426, n. 5, ubi declarat procedere praesupposita certitudine, quod legatum ad Ecclesiam deveniet Grass. de effect. Cleric. in praeludiis num. 94, & 95, ubi quod legatum pro manutenendo aliquem in studio dicatur pium, nec ab eo consequenter falcidia detrahi possit late Ciarlin. dicta contr. 139, ex num. 8, ubi quod haeres falcidians legatum sub conditione ad piam causam perventurum cautionem praestare teneatur, quod eveniente casu purificationis legati in piam causam illud integre restituet Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 27, n. 85, Leoncill. de privileg. pauper. 149, num. 4.

Modo controvertunt Doctores, an Ecclesia seu pia causa haeres instituta adversus legata pia \* falcidiam detrahere valeat, in qua quidem quaestione ancipites remanserunt Mangil. de imput. quest. 120, n. 12, 13, & seq. Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 27, n. 87, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 5, 6, & 7. Caeterum quod pia causa haeres instituta, nec ipsa adversus aliam causam piam legatariam non detrahit falcidiam pro veriori, ac honestiori concludunt Genuen. & alii per eum relati in prax. Eccles. tricen. 15, quest. 426, sub num. 2, vers. sed deveniendo: adhuc tamen articulo mature discussio post alios Ciarlin. controv. 139, sub 18, vers. Verumtamen, & controv. 140, nu. 19, Ripol. var. resol. 13, n. 698, concludunt pro veriori causam piam haeridem institutam in odium alterius piae causae falcidiam detrahere. Praedicta tamen procedunt data paritate pietatis inter haeridem institutum, & legatarium: nam ubi legatum magis pium praesisteret, utique detractioni falcidiae locus non fieret, Mastril. dec. 280, n. 91, & seq. Ciarlin. dicta controv. 139, n. 31, & seq. & controv. 140, n. 28.

Privilegium hujusmodi ne haeres ex legatis piis falcidiam detrahat \* a voluntate testatoris pendet, qui disponere potest, ut ex legatis etiam piis falcidia detrahatur Author hic num. 10, & 11, quando autem ex legatis privilegiatis falcidia detrahi nequit controversia oritur, an tunc falcidia de legatis non privilegiatis integraliter detrahi possit, quam cum distinctionibus exami-

nant Peregrin. dec. 85, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 10, Mangil. de imput. quest. 118, n. 19, & latius quest. 121, Vivian. in prax. Juris patr. lib. 2, cap. 5, n. 134, Gratian. disceptat. 59, n. 1, Genuen. in prax. Eccles. tricen. 14, quest. 401, n. 1, Ciarlin. dicta controv. 140, n. 2, per totam latissime. Joan. Ant. Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, quest. 4, n. 6, & seq.

Accedendo ad materiam alimentorum ex legato pro alimentis, ita demum detractioni falcidiae cessat, si legentur alimenta \* pauperi, secus vero si diviti, ut prosequitur Author hic n. 12, quam distinctionem pluribus exornat Mangil. de imputat. quest. 120, ex n. 7, Novar. in prax. miserabil. privileg. 46, n. 2, Leoncill. de privileg. pauper. 23, n. 28, & 149, n. 1, part. 2, Gratian. in addit. ad dec. 48, n. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta conclus. 89, n. 533.

Praedicta tamen conclusio limitationem recipit, quando legatum alimentorum \* in pecunia consistit, quia tunc ab ipso detrahatur falcidia. Gratian. in addit. ad dec. 48, num. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta dicta conclus. 89, n. 533. Legata autem pecunia pro alimentis proprietatis \* legata intelligitur, quae tamen ad honestum lucrum poni debet, ex quo legatarius possit alii vel stare penes haeridem, qui reditum solvat. Gratian. in addit. ad dec. 194, sub n. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta dicta conclus. 89, n. 534.

Pia causa haeres instituta de legato alimentorum detrahit falcidiam \* ex veriori sententia, de qua Author hic sub n. 13, prope finem vers. pia autem causa. Mangil. de imput. quest. 118, n. 24, & 26, & quest. 120, n. 11, & 13, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 5, & seq. lib. 2.

Legata si transcendant vires haereditarias pro rata diminui debent, \* ut exinde omnibus legatariis, sive speciei, sive quantitati, aliquid attingat ad tradita per Authorem tom. 4, controv. versiarum cap. 51, ex n. 19, & hic n. 14, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 4, n. 2, & 3, ubi si quis ut legatariis plus receperit ejus contingenti portione in ordine ad diminutionem aliis restituere teneatur. Lar. dec. 61, n. 44, Mart. de success. legal. part. 4, quest. 18, art. 9, n. 18, Leoncill. de privileg. pauper. 21, num. 1, part. 2, Joan. Franc. Andr. controv. 154, n. 3, Carleval. de judic. in Apolog. in fin. tract. impressa n. 32, Olea de cess. jur. tit. 4, quest. 7, n. 3, ad 8, Dian. part. 3, tract. 5, resol. 60, fol. 453. Quod etiam militare in legatis piis, ut nimirum cum aliis aequaliter, \* seu proportionabiliter diminutionem admittant prosequitur Author hic n. 15, & tom. 4, ejus controv. cap. 51, sub num. 23, vers. & id procedat. Lar. d. dec. 61, sub num. 44, vers. nulla facta differentia. Sanchez conf. Moral. lib. 4, cap. 2, dub. 11, n. 5, ubi adducit rationem: quia id quod detrahitur a legatis piis in hoc casu non est falcidia, sed est declaratio legati inaniter facti. A Cost. de privileg. creditor. reg. 5, in praefat. sub n. 3, vers. a priori sententia. Olea de cess. jur. tit. 4, quest. 5, n. 13. Idem Sanchez in praecip. Decalog. lib. 4, cap. 15, n. 40, Pasqualig. quest. moral. 241, n. 2, cen. 3.

Contrariam tamen in proposito opinionem, & in casu haereditatis non solvendo diminutionem non afficere legata in causam piam relictis post alios comprobant Novar. in prax. privileg. miserab. 22, n. 3, & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 213, n. 3. Verum utraque opinio conciliatur ex eo, quia haec posterior sibi locum vindicet in legato pro usurarum restitutione, exoneratione conscientiae, celebratione missarum, & aliis pro animae ipsius Testa-

Testatoris suffragio destinatis, ut optime se declarat Author hic sub num. 15, vers. verè tamen: & in simili causa fuit in voto cum Lar. ut ipsemet d. dec. 61, sub num. 44, vers. tametsi contra, ubi num. 45, rationem assignat, quia semper accipienda est ea conjectura, quae suffragatur Testatoris animae, quae cunctis rebus, & personis debet praerferri, credendum enim est nolle testantem in sui damnum minui legatum, aut quis non praesumit relictis pro suffragiis animae suae noluisse ut praecipua praestentur, Olea de cess. jur. tit. 4, qu. 5, n. 20, & 21.

Juxta quam distinctionem statuendum quoque venit quoad legata alimentorum concludit hic Author n. 15, Olea de cess. jur. tit. 4, q. 5, n. 11, ubi n. 24, & seq. quaerit, an privilegium legatis piis concessum ne ex eis falcidia detrahitur, cedat damno haeredis, an uno aliorum legatario- rum, & vide infra cap. 52.

## CAPUT X.

## SUMMARIUM.

- 1 Filii tenentur praestare alimenta parentibus; Professionem in Religione si emiserint tenentur egredi ut parentibus subveniant n. 2. Declara ut num. 3. Patri potius quam filiis subvenire debent n. 4. A patre potius quam a filiis alendi sunt n. 5.
- 6 Jura omnia tam activa, quam passiva in Monasterium transeunt per professionem ingressi.
- 7 Monasterium tenetur alere filios pauperes professi.
- 8 Legitima debetur filiis statim ac pater professionem emisit, & contra parentibus debetur legitima statim emissa professione per filios n. 9. Et de ratione n. 10.
- 11 Ususfructus per professionem non extinguitur; & 12.

Filii erga parentes omni jure tenentur ad sublevandum eos a molestia egestatis, \* praestando potissimum parentibus alimenta Olasc. dec. 124, num. 8, Leoncill. de privileg. pauper. 306, num. 1, Giurb. observat. 41, num. 7, ubi de spuris, qui parentes alere tenentur Gratian. discept. 296, num. 45, & 46, Calvin. de equit. c. 74, num. 29, & seq. Merlin. de legitim. lib. 4, tit. 1, q. 16, sub num. 1, vers. Etenim naturali jure, Lanfranch. Zacch. de Salar. quest. 3, num. 43, Riccioli in tract. de Neophyt. cap. 9, num. 11, Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 1, cap. 42, num. 24, & 25, ubi quod etiam filii ad fidem conversi teneantur parentes Judaeos & infideles alere, cum caeteris apud Autorem hic num. 1, & sub nu. 14, vers. Quod si; ubi ampliat etiam ad spurios, erga quos pater tenebatur.

Ad subveniendum parentibus extremam necessitate laborantibus etiam sine licentia Superioris professus in Religione \* filius Religione egredi obstringitur. Si vero in Religione adhuc ingressus non fuerit, aut professionem non emiserit, parentibus tali casu, ut subveniat ab ingressu in Religionem sub censura peccati mortalis abstinere debet, ut pluribus se extendit Author hic a num. 3, ad 12, ubi idem è converso militare quoad patentes suggerit, ut nimirum in extrema filiorum egestate, cui subvenire possent, non posse parentes Religionem ingredi, ingressumque deferere teneri: eandem conclusionem pluribus exornat Barbof. de univers.

jur. Eccles. lib. 1, cap. 42, a numero 19, ad 26, Leoncill. de privileg. pauper. 267, numer. 1, & per totum, & privileg. 308, & privileg. pauper. 161, n. 16, p. 2.

Cum animadversione tamen, quod Religioso manendi extra Monasterium cum dimissione habitus Regularis, \* & susceptione Clericalis licentia a nemine concedi possit, praeterquam a summo Pontifice, ut post alios subjungit Leoncill. de privileg. pauper. 267, n. 4.

At si quis habeat patrem, & filium in eadem necessitate constitutos nec utrumque alere possit \* habet tamen quantum uni sufficit, patri potius quam filio subvenire debet. Duran. dec. 76, num. 34, & seq. qua est dec. 62, p. 5, recent. Sperel. dec. 32, n. 4, & pluribus exornat Laurent. Urfell. concl. 89, ex num. 206, ubi num. 212, concludit, quod plerumque subventio sit filiorum, & de raro parentum.

Quemadmodum è contra si pauper patrem, & filium divites habeat, a patre potius, quam a filio \* alendus est, Surd. de aliment. tit. 1, quest. 94, num. 12, Merlin. de legit. lib. 1, tit. 3, q. 4, num. 6, Leoncill. de privileg. pauper. 161, nu. 13, p. 2.

Omnia jura tam activa, quam passiva in Monasterium transeunt \* per professionem ingressi. Author hic num. 13, Rot. dec. 333, sub num. 2, vers. quod magis procedit, part. 2, dec. 336, nu. 10, part. 5, recent. & dec. 2, sub num. 11, vers. Sed omnia coram Burat. Caren. resolut. 153, numer. 6, Redenasc. conf. 53, num. 47, Altograd. conf. 137, num. 14, lib. 2, Palm. conf. 13, num. 8, Vivian. in prax. jur. patron. lib. 4, cap. 2, numer. 63, & 64, Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 9, num. 33, Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 3, quest. 3, num. 2. Et exinde deducit Author ibidem, quod Monasterium \* filios pauperes, & egenos professi alere teneatur, & idem comprobatur Leoncill. de privileg. pauper. 308, num. 11, Molin. de primogen. lib. 1, cap. 15, numer. 43, Sanchez in praecip. Decalog. lib. 7, cap. 31, n. 2, in fine, tom. 2, Olea de cess. jur. tit. 3, quest. 9, n. 34, in fine, Barbat. de divis. fruct. p. 2, cap. 1, n. 131, ubi ampliat etiam quoad spurios professi.

Statim atque pater in Religione professionem emittit eo adhuc vivente, \* nec expectata morte naturali filiis legitima debetur: & haec opinio quicquid plures alii controvertant verior ac magis recepta post alios renunciatur hic per Author. sub num. 14, vers. Succedit ergo. Barbof. collect. lib. 3, c. cum simus 14, numer. 3, de regul. tom. 1, fol. 947, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, num. 128, Angel. de acquir. poss. quest. 8, art. 26, num. 660, Rot. dec. 267, num. 3, & seq. part. 5, recent. & latius examinat Merlin. de legit. lib. 5, tit. 3, q. 3, num. 11, & per totum in moderna impressione, ubi plures Rotae Romanae resolutiones refert Spad. consil. 306, num. 10, lib. 3, ubi quod in judicando ab hac opinione recedi nequeat.

Idem quoque è converso asseverandum venit, ut nimirum cum filius in Religione capaci successione bonorum \* proficetur, statim parentibus legitima debita sit, quemadmodum subjungit Author hic sub num. 14, vers. & idem resolut. Barbof. collect. lib. 3, c. cum simus 14, sub n. 3, vers. merito tenet de regular. tom. 1, fol. 949, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 133, Spad. d. conf. 306, n. 9, & 10, lib. 3, Rot. dec. 116, n. 16, & per totam, & dec. 223, n. 9, & seq. ubi quod debeatur matri etiam binubae legitima in bonis filii professi, & dec. 267, num. 2, part. 5, recent.